

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 vtrum intentio finis sit idem actus cum voluntate eius quod est ad finem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

art. 2. huic esse vnum, sed contingit esse plura. Et propriece de intentione conceditur plurimas finis, quæ ne gat de intellectione.

D. 156. *Super Questionis duodecima Articu lam quartum.*

C Circa quarti articuli decisionem, reuidet, q̄ scripsi superius in q. 8. art. 3.

B *Circa responsionem ad tertium, nota responsionem daram, ut ex ea habeas, q̄ actus voluntatis in finem, intentionis nomine significatus, importa motum in finem, ut terminum a liorum, ita quod motus iste primo attingit terminum, & deinde terminabili in ipsum: electio vero econtra, primo attingit terminabilis, & deinde terminum.*

Et sic le habent sicut delens, & ascensus. Intentio enim descedit a principio ad ea, quæ sunt ad ipsum. Electio vero ab his ascendit ad finem, omnium principiū.

Et signum affectus in litera, quia quandoque intendimus, non ele cens adhuc meditis ad intentionem: ut paret in quotidiana experien tia.

¶ De quinto articulo nihil scribendum ocurrat.

D *runt calor, & frigus commensurata: vel quia aliqua duo sub uno communi continentur, quod potest esse intentum: puta, acquisitione vini, & vestis, contine tur sub lucro, sicut sub quodam communi. unde nihil prohibet, quin ille qui intendit lucrum, simul hæc duo intendat.*

*Ad 111. dicendum, quod sicut in primo dictum est, * contingit simul plura intelligere, in quantum sunt aliquo modo unum.*

ARTICVLVS. IIII.

Vtrum intentio finis sit idem actus cum voluntate eius, quod est ad finem.

A *Quartum sic proceditur. Videtur, quod non E sit unus & idem motus, intentio finis, & voluntas eius, quod est ad finem. Dicit. n. August. in 10. de Tri. * q̄ voluntas uidendi fenestrā, finem habet fenestrā visionem: & altera est voluntas per fenestrā videndi transeuntes. Sed hoc pertinet ad intentionem, q̄ uelim videre transeuntes per fenestrā: hoc autem ad voluntatem eius, quod est ad finem, q̄ uelim uidere fenestrā. ergo alius est motus voluntatis intentio finis, & aliis voluntas eius, q̄ est ad finem.*

¶ Præ. Actus distinguunt secundum obiecta: sed

finis, & id quod est ad finem, sunt diuersa obiecta. ergo alius motus voluntatis est intentio finis, & uoluntas eius, quod est ad finem.

A *¶ 3 Præ. Voluntas eius, q̄ est ad finem, dicitur electio: sed non est idem electio, & intentio. ergo non est idem motus intentio finis, cum voluntate eius quod est ad finem.*

Sed contra est, q̄ id quod est ad finem se habet ad finem, ut mediū ad terminum: sed idem motus est, qui per medium transit ad terminum in rebus naturalibus. ergo & in rebus voluntatis idem motus est intentio finis, & voluntas eius, quod est ad finem.

R E S P O N S U M. Dicendum, q̄ motus voluntatis in finem, & in id quod est ad finem, potest considerari dupliciter. Vno modo, secundum quod voluntas in utrūque fertur absolute, & secundum se: & sic sunt simpliciter duo motus voluntatis in utrūque. Alio modo potest considerari, secundum quod voluntas fertur in id, quod est ad finem propter finem: & sic unus & idem subiecto motus voluntatis est tendens ad finem, & in id, quod est ad finem. Cū. n. di co, Volo medicinam pp sanitatem, non designo nisi unum motum voluntatis: cuius ratio est, quia finis, ratio est uolendi ea, quæ sunt ad finem. Idem autem actus cadit super obiectum, & super rationem obie cti: sicut eadem uisus est coloris, & luminis, ut supra dictum est. * Et est simile de intellectu, quia si abfolu te principium & conclusionem consideret, diuersa est consideratio utriusq; in hoc autem q̄ conclusioni pp principia assentit, est unus actus intellectus tm.

Ad PRIMVM ergo dicendum, q̄ Ang. loquitur de uisione fenestræ, & uisione transeuntes per fenestrā, fm quod voluntas in utrūq; absolute fertur.

Ad 11. dicendum, q̄ finis, in quantum est res q̄ dam, est aliud voluntatis obiectum, quam id, quod est ad finem: sed in quantum est ratio uolendi id, q̄ est ad finem, est unus & idem obiectum.

Ad 111. dicendum, quod motus, qui est unus subiecto, potest ratione differre fm principium & finem, ut ascensio, & descensio: sicut dicitur in 3. Phy.

** Sic igitur in quantum motus voluntatis fertur in id, quod est ad finem, prout ordinatur ad finem, est electio: motus autem voluntatis, qui fertur in finem, secundum quod acquiritur per ea, quæ sunt ad finem, vocatur intentio: cuius signum est, quod intentio finis est epotest, etiā nondum determinatis his, quæ sunt ad finem, quorum est electio.*

ARTICVLVS. V.

Vtrum intentio conueniat bruti animalibus.

A *Quartum sic proceditur. Videtur, q̄ bruta animalia intendant finem. Natura enim in his, quæ cognitione carent, magis distat a rationali natura, quam natura sensuiva, quæ est in animalibus brutis: sed natura intendit finem etiam in his, quæ cognitione carent, ut probatur in 2. Phy. * ergo multo magis bruta animalia intendunt finem.*

¶ 2 Præ. Sicut intentio est finis, ita & fructus: sed fructus conuenit bruti animalibus, ut dictum est. Tergo & intentio.

¶ 3 Præ. Eius est intendere finem, cuius est agere pp finem, cum intendere nihil sit, nisi in aliud tendere: sed bruta animalia agunt propter finem, mouentur. n. animal vel ad cibum querendum, vel ad aliquid huiusmodi. ergo bruta animalia intendunt finem.

S E D C O N T R A. Intentio finis importat ordinacionem alicuius in finem, quod est rationis. Cū igitur bruta animalia non habeant rationem, videtur quod non intendant finem.

R E S P O N S U M. Dicendum, quod sicut supra dictum est, * Intendere, est in aliud tendere, quod quidem est, & mouentis, & mori. Scđm quidem igitur, quod df inten-

* q. 8. art. 3.
2d 2.

* tex. 21. te-
mo 2.

* lib. 2. tex.
77. 3 & seq.

q. 11. art. 3.

* art. 1. hu-
ius ques.